Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

columbę. Vult ergo dominus sicut columba esse sine dolo. sine felle
quod est amaritudo peccati. obliti iracundię et iniu-
riarum presentis seculi uiuamus. iter angustum uitę ęternę
ingressi. deposita superficie ueteri. id est pristina. ut
promissa diuina capiamus. Quia inquit arta et angusta
est uia que ducit ad uitam. Astuti inquit ut ser-
pentes. Hec est quam imitari debemus. Serpens enim certo
tempore per foramen angustum fulciri se dicitur. ubi cum
magno labore deposita exuuia ueteri uelut no-
uus efficitur. Cuius astutiam imitantes iter angustum
conuersationis uelut noui homines in sancto apparere
debemus. in nouitate uitę. id est uirtutum decore am-
bulantes. Est et alia astutia serpentis. Si uenerit
in manus se occidere uolentis. totum corpus plagis et
uulneribus tradit. et nihil aliud gestit. nisi caput in-
tegrum custodire. Ad quod exemplum et nos prouocamur.
ut si tempore persecutionis in manus persecutorum deuenimus.
pro capite nostro id est pro filio dei totum corpus tormentis et
etiam ipsi morti subiciamus. quia caput nostrum christus est.
Si pecuniam tollere aduersarius uult libens cede. et
si omnes facultates auferre conatur. dimitte. et si tem-
poralem ipsam uitam tuam extorquere cupit. ne resis-
tas. tantummodo fidem tuam custodi. Illa illesa manente.
uniuersa ingruentia mala facillime eunt. Nudus
existi de uentre matris tuę. nudus illuc reuertaris. Sed
tu dicito. Domini est terra. et plenitudo eius. Non est timenda

forsitan me[illegible] illum mitteris